Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ait illis. Quid molesti estis huic mulieri. Opus
bonum operata est in me. Nam semper
pauperes habetis uobiscum. me autem non
semper habetis. Mittens enim hec
unguentum hoc in corpus meum. ad
sepeliendum me fecit. Amen dico uobis.
ubicumque predicatum fuerit hoc euan
gelium in toto mundo. dicetur. et quod
hec fecit. in memoriam eius. Tunc ab
it unus de duodecim qui dicitur iudas
scarioth ad principes sacerdotum. et ait
illis. Quid uultis mihi dare. et ego eum
uobis tradam. At illi constituerunt ei
triginta argenteos. Et exinde quere
bat oportunitatem. ut eum traderet.
Prima autem die azimorum. accesserunt
discipuli ad ihm. dicentes. Ubi uis pa
remus tibi comedere pascha. At ihe
dixit. Ite in ciuitatem ad quendam.